



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

5. Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

CONSIDERATIO V.

CONsiderabis, Missam die sequenti celebrandam fore ultimam totius vitæ tuæ, ista que celebrata lūbitō tibi ex hac vita migrandum esse. Quare instantibus precibus sollicitabis sanctissimam Virginē, vt impetret tibi gratiam, qua dignē feruenterque ad eandem te præpares ac disponas. Et, vt paucis plura complectar, & concludam, veluti etiam bene aduertit Carthusianus: *Tota conuersatio Sacerdotis & continua debet esse in præparatione, & gratiarum actione*; voluendo semper adiuu vnum ex his vocabulis, *Celebraſti*, vel *Celebrabis*, eandem ponderando & penetrando significata.

Carthus. de
Sacram.
Altar. a. 9.

PRÆROGATIVÆ SACRO-
SANCTI SACRIFICII
MISSÆ.

PRÆROGATIVA I.

Christus Instigator.

INstitutum fuit immediatē à Christo D. N. in vltima Cœna proferente verba illa consecrationis efficacia & plena mysteriis: *Hoc est Corpus meum, Hic est Sanguis &c.* Et hæc fuit prima Missa, quæ celebrata fuit in Ecclesia Dei, cui S. Petrus adiunxit Oratiōem Dominicam. Deinde ab alijs Pontificibus, veluti à Gelasio, Celeſtino, Gregorio aucta fuit Missa eo modo, quo iam celebratur. Cōsidera finem, quem habuit Christus in hac institutione, & fuit iste, vt cum suis viueret, moreretur semper pro nobis, quod, cum in effectū modo cruento deducere non posset, executus est modo in cruento & Sacramentali tum etiam vt nos daret pretiosis thesauris meritorum Passionis suæ. Gratias referat tanto tamque eximio benefactori, tantumque Amorem viuo semper & efficaci affectu imitari procura.

1. Cor. 11.
Dur. lib. 4.
c. 1.

PRÆROGATIVA II.

Idem est cum Sacrificio Cœnæ.

Sacrificium Missæ non discrepat nec differt à Sacrificio Cœnæ. Etenim conueniunt in principali Officiō sequi